

stantiaq; animantiũ reliquorũ. de Ami. 109 a, Sæpe enim excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro (ut ita dicam) grege. Of. 19 b, Decorum. i. quod consentaneum est hominis excellentiæ. Of. 4 b, Animi excellentia magnitudoq;  $\alpha\alpha\tau' \xi\gamma\omicron\chi\lambda\upsilon$ . l. Enthymema.

**Excello**, lis. præsto, antecello, antesto, emineo, eniteo, princeps sum. de Clar. 172 a, Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere.  $\&$  184 a. Tuscul. 174 a, Sed ab ea una uirtute quæ cæteris excellat, omnes nominatæ sunt. de In. 62 a, Zeuxis longè cæteris pictoribus excellebat. de Orat. 228 b, In iocis tu longè alijs mea sententia excellis.  $\&$  ibid. Attici in eo genere præter cæteros excellunt. Orat. 197 b, In oratoribus uerò admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Orat. 156 a, Si quærimus quod unũ excellat, ex omnibus docto oratori palma dāda est. de In. 42 b, Excellere inter aliquos. de Leg. 166 a, Qui singulis uicijs excellunt, aut etiā pluribus. de D. 99 a, Telmesus in Caria est, qua in urbe excellit aruspicum disciplina. de D. 88 a, Igitur oraculum illud nunc minore gloria est, quia minus oraculorum ueritas excellit. de Am. 110 a, Non enim tu possis, quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere. Ep. 177 b, Excellere in aliquos genere uirtutis. Ac. 2 a, Excellere ingenio  $\&$  doctrina. de Or. 103 b, Qui in aliqua arte aut facultate excellit.

**Excelsè**, altè, excellenter. Or. 207 b, Excelsius  $\&$  magnificentius dicere.

**Excelsitas**, tis. celsitas, altitudo. Offic. 56 b, Etenim multo magis est secundum naturam excelsitas animi  $\&$  magnitudo quàm uoluptas,  $\&$  c. Nonius. aliter, celsitas.

**Excelsus**, a, um. altus, sublimis. Attic. 66 b, Septa marmo-